



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||**

**Ignacio <de Loyola>**

**Mogvntiae, 1600**

**VD16 I 56**

De Apostolorum vocatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45165**

*DETENTATIONE CHRI-  
STI. Luc. quarto. & Math.  
quarto.*

**P**rimò: post baptismum secessit in desertum C H R I S T V S, & ibi per dies quadraginta & totidem noctes ieunauit.

Secundò: ter ab inimico tentatus est ( accedens tentator dixit ei, Si filius D E I E S , dic ut lapides isti panes fiant. Mitte te deorsum. Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. )

Tertiò: ( Angeli accesserunt, & ministrabant ei. )

*DE APOSTOLORVM  
vocatione.*

**P**rimò: videntur sancti Petrus & Andreas, fuisse ter vocati. Primum ad solam quandam C H R I S T I notitiam, Ioan. primo : Deinde ad sequilam solum temporaneam , cum ani-

mo re-

mo reuertendi ad piscationem : Luc.  
quinto. Ultimò , ad perpetuā sequē-  
lam. Matth. quarto, & Marc. primo.

Secundò : vocauit filios Zebedæi  
Matth. quarto : Et Philippum ; Ioan.  
prim : Et Matthæum ; Matth. nono.

Tertiò : vocati sunt reliqui, licet  
de quorundam vocatione , & de or-  
dine vocationum , expresse mentio  
non fiat in Euangelio.

**T**ria hic expendenda sunt. Pri-  
mùm : quomodo erant Apostoli  
abiectæ conditionis.

Secundò : ad quantam fuerint di-  
gnitatem , & quam suauiter vocati.

Tertiò : quibus gratiæ donis, supra  
omnes veteris testamenti patres, no-  
uique Sanctos, euecti sint.

**D E P R I M O C H R I S T I M I-**  
*raculo facto in nuptiis. Ioan.*  
*secundo.*

**P**rimò : Inuitatus fuit C H R I S T V S  
cum discipulis suis ad nuptias.

Secun-